



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Quoniam iustus d[omi]n[us] iusticias dilexit, æquitatem uidit uultus eius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

ficatum coacta utraq; significatione, Calix aliud nō esse uidebit, q̄ praedictio  
& denūciatio poenarum & irae dei. Ita & calix Christi, est ira dei, & passio eius  
in lege & prophetis praefinita. Miche. j. Irā dñi portabo, quia peccavi ei. Sicut  
& j. Pe. j. dicit propheta praenūciasse priores in Christo passiones, & postea  
res glorias. Quare is dicendus est calicē ppinare, qui seu dicēdo, seu scribēdo  
poenas denūciat. Sicut pphetæ passim & Ap̄i faciūt, Vnicuiq; enim suis calice  
bibēdus est. i. crux & passio super eū definita, in scripturis seu ap̄ d' deū, ferēda

*Calix piorū.*

Hinc iam duo genera calicis nascuntur. Alterū piorū, alterū impiorū. Calix  
piorū, est passio definita sup eos carnalis, & temporanea usq; ad peccati delectationem,  
quo hausto, aīa magis seruat, & renouat. Licet is qui exterior est hō  
corruptat de die in diem ista praualida purgatiōe calicis, donec tādē anima  
a corpore liberet. Contra calix impiorū, est passio interna & sp̄ialis usq; ad de-  
structionem iustitiæ & pietatis, q̄ hausto, aīa eorum, perdūt de die in diē. Licet  
hoīe exteriore floreāt, & uigeāt, multa specie & abūdātia, donec ī aīa & corpo-  
re simul pereāt, fecē calicis in sempiternū bibituri. ut psal. lxxiij. Calix in ma-  
nu dñi uini meri, plenus mixto, inclinauit ex hoc in hoc, uerūtū fex ep̄, nō est  
exinanita, bibēt oēs peccatores terra. Id est, si iudiciū (ut j. Pe. iij.) dei primum  
a nobis inchoat, quis finis erit eorū, qui nō credūt euāgelio? Itaq; calix, uerbū  
est, sed uerbum passionis praefinitis & crucē, seu passio uerbo praefinita. Sic  
psal. c. xv. Calicem salutaris accipiam (id est, passiones salutare, quas Paulus  
appellat passiones Christi, libenter feram) & nomen dñi inuocabo.

*Impiorum  
calix.*

Hūc sensum si sequimur, calix impiorū, hoc uerbu nō ipsa eorū doctrina erit,  
ut supra diximus, sed uerbū dei praenūciās eorū uasitate, ignem, sulphur, sp̄i-  
tum pcellarum. Et ne longe discordēt oīa: Calix eorū est, impietatis doctrina,  
& omne malū, quod ipsa facit, cōburēdo, uasitando, inquietādo animas eorū,  
certa dei definitione & uerbo scripturae, pronūciata, denūciata, parata.

*Pars usu scri-  
pturae.*

Pars, more scripturae non Philosophice significat particulā, ut cōtra totum  
distinguat, sed idem est, quod fors, hereditas, portio: quod olim hereditates  
in tribus duodecim distributae sunt. Sic illud: Dñs pars hereditatis mex, & cali-  
cis mei. Et portio mea dñe in terra uiuentiū. Et Hiere. in Treñ. Pars mea dñs,  
dixit aīa mea. Atq; huic calicis & partis significationi assueti oportet, ppter  
scripturae sanctae usum. Est ergo sensus: Impij hereditabūt, id quod eis praefini-  
tum est a deo, nempe pluuiam carbonū ignitorum & sulphureorū, & sp̄itū  
procellarū, hoc est, impietate, & mercedem impietatis, uasitate & contritionē  
sp̄itus, & inquietudinē sempiternā.

Quoniam iustus dñs iustitias dilexit, & equitatem uidit uultus eius.

Hieronymus: Rectū uidebit facies eius ( si caret mēdo codex) De rectitudine  
& aequitate abūde dictū est psal. vij. & ix. Et hic incertū est, an masculino gñe re-  
ctum p rectos Synecdochice, & iustos p iustitias, dicēdū sit. Verū parū habet  
hoc momēti, q̄ respicit iusticiā & aequitate, etiā iustos & aequos respicit.

Cōcludit ergo Propheta psalmū, aduersus praesumptionē impiorū, dicens;  
Homo iudicat inique, & impios laudat, uerū dñs est, qui non fallit specie, nec  
mouet magnitudine, aut multitudine iniquorū, tenax & amās est iusticia, &  
facies eius ad rectos corde respicit: Ideo nihil est, q̄ sibi impij coram eo praesu-  
mant, & pios ab eo contēni sperēt: Aliud uultus eius uidet, & aliud uultus ho-  
minū, diuersissimi immo aduersissimi sunt cōspectus dei & cōspectus homi-  
nū: Quod in hoc altū est, in illo abominabile est, ut Christus ait:

*Psalmus*